

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorūmque omnium

Ex Materia De Actibus Humanis Excerptarum

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Conferentia LXXVII. Item de unitate & distinctione peccatorum numerica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41214

quæ, cù
ternoran
licare me
ate persi
epissime
ii, rapco
Meretiq
is in stat
iisi copiam
Monet
exprimere
test.
it is sectio
peccati,
conlum
m nume
ntium ac
secundum
actus in
r censu
norali, et
l interpre
s internus
n volunt
vel noli
entiae vel
ocari ce
ntiarium;
per prio
negatur
ibilem se
ad formi
candum

andum, occidendum, &c. & memor hujus propositi, domi manere aliud aliquid facere, vel cubitum te conferre velles, tunc interpretativè censebis revocasse actum priorem et si actualiter non revocaveris.

CONFERTIA LXXVII.

Item de unitate & distinctione peccatorum
numerica.

136. Lubricus succumbit tentationi carnali, consentit, efficaciter proponit, pergit, &c. ad pararendam occasionem. Interim hanc suam voluntatem millies repetit, donec quis intentum operaverit: an peccaverit millies?

RESOLUTIO: Lubricus unum tantum numero peccatum commisit.

Ratio est: quia omnes actus & motus sequentes uniuntur moraliter cum primo consensu efficacia, in ordine ad eandem consummationem carnalem externam. Quod si autem quandoque propositum suum malum revocaverit, iterumque assumperit, tot numero peccata commisit, quod intercesserunt revocationes formales, vel interpretativa. Ita com. Navar. c. 6. n. 26. Vasq. disp. 75. c. 2. Laym. & Patrit. 19. n.

Idem omnino dicendum de eo, qui voluntarie retinet rem alienam per annum, vel annos etiam plurimos, licet voluntas eam detinendi vel non restituendi infinites repeatatur, semper tamen manet idem numero peccatum; nisi forte ad confessionem accedens revocet suam malam voluntatem: quam si iterum assumat post confessionem, pecca-

bit novo peccato toties, quoties revocatam resumferit. Simili modo discurrentum est de alio quovis peccato, utpote fornicatione, occisione, furto, omittendis horis canonicis, &c. quamdiu enim manet prima intentio fornicandi, occidendi, furandi, omittendo horas, nunquam interrupta tandem est tantum unum numero peccatum: econtra quoties illa prima intentio interrupitur formaliter vel interpretative, & renovatur, toties multiplicatur ejusdem numerus, ita quidem, ut quis integro mense vel etiam anno, circa idem objectum possit tantum semel peccare, & alias uno die centies si tandem intentionem primam interruperit moraliter.

CONFERENTIA LXXVIII.

Item de unitate & distinctione peccatorum numerica.

137. **F**üribundus eodem actu interno, & eodem commotionis impetu alterum saepius verberat; an unum tantum numero peccatum committat (item eodem motu, & impetu Deum blasphemat, saepius pejerat, saepius homini maledicit, eandem calumniam saepius exprobrat, in eadem materia saepius detrahit, &c.)

RESOLUTIO: Idem numero peccatum moraliter censetur, quando durante uno, eodemque actu interno consummandi peccatum exterum multiplicatur solus actus externus spectans ad eandem consummationem peccati intenti. *Com. N. var. Laym. Dian. &c.*

Ratio est: quia unitas, idemque impetus actus interni ad consummandum peccatum externum, in

genere